



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm. Servandi Pvblicas, Sacrasqve Processiones,
Sev Svpplicationes, Tam Ordinarias, quae fiunt certis
diebus per annum; quàm extraordinarias, quae varijs ac
publicis Ecclesiae de causis in ...**

Coloniae Agrippinae, 1640

in secunda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9480

APVD SECVNDVM Altare seu Stationem.

Cum ad secundum Altare peruenerit
Processio, seruata eadem serie & omni-
bus ceremonijs, quæ ad primum Altare præ-
scripta sunt.

Delato per Diaconum secundum, li-
bro, imposito incenso, idem Diaconus dicto:
Munda cor meum, & c. habitaq; benedi-
ctione canit initium secundi Euangely in-
censans librum triplici ductu interim dum
Resp. Gloria tibi Domine.

Sacerdos in fine osculatur librum sibi de-
latum dicens:

Per Euangelia dicta
Deleantur nostra delicta.

Et incensatur more solito à Diacono, sic
etiam ad reliqua Euangelia.

Verf. Panem cæli dedit eis, alleluia.

Resp. Panem Angelorum manducauit
homo, alleluia.

O R E M V S.

DEVS qui nobis sub Sacramento
mirabili Passionis tuę memoriam
reli-

reliquisti; tribue quæsumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Incensato Sacramento, Officiator stat vt supra versus Altare & canit:

Verf. A fulgure & tempestate,

Resp. Libera nos Domine Iesu Christe.

Verf. Fiat misericordia tua Domine super nos.

Resp. Quemadmodum sperauimus in te.

Verf. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Verf. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum Spiritu tuo.

O R E M V S.

PArce Domine, parce populo tuo: & nullis nos patiaris aduersitatibus, bellis, morbis, tempestatibus, ac periculis fatigari, quos precioso Filij tui Domini nostri IESU CHRISTI Corpore & Sanguine redemisti. Per eundem Christum Dominum nostrum.

Resp. Amen.

Da-

Datur benedictio vt supra, & clerus aut chorus incipit canere vti dictum est, & sic proceditur ad tertium Altare.

APVD TERTIVM Altare seu Stationem.

OMnia vt supra seruantur. Per Diaconum tertium (si tot sint,) defertur ad Altare liber, imponitur ab Officiatore incensum, & dicto Munda cor meum, &c. habitaq; benedictione Diaconus canit initium Euangelij tertij, & in fine eiusdem obseruentur ea quæ posita sunt post primum Euangelium.

*Verf. Cibavit illos ex adipe frumenti, all.
Resp. Et de petra melle saturavit eos, alleluia.*

O R E M V S.

DEVS qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui sacramenta venerari: vt redemptionis tuæ fru-